Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



6.

& primos ostituit & medios. & ultimos ordines. Et primos quidem illuminari.
ultimos autem illuminari. medios autem & illuminari a primis. & ultimos illuminari.
Post hec de ultima ierarchia similiter diuisiones donorum & distributiones
potestatum & dignitatum officia & ordines & operationes ad similitudinem
angelice ierarchie ordinata persequitur: nouissime ad diuinam & simplicem &
supercelestem ierarchiam quantum possibile est in humanis exemplaris
conscendens. & in ipsam omnis summas consumata. Nec summa est. Et ordium
autem qm summum bonum cum sit unum multifice multiplicatur & uariatur. ad
decorem & pulcritudinem diuisionis. & profusionis omnes. qui ei participa
tione digni sunt. ut in illo unum sunt omnes. qm dona eius lumina sunt. & lu
mina faciunt lucentia. & illuminata. lucentia & illuminantia ipsa. &
fiunt lux lucentia. & illuminata lumina. sic lucentia & illuminantia
lumina lux sunt. & una lux ubique. & unum lucentia in luce una. & multa
plicatur in multas una. & multa in una ununtur. Et hoc quod theologia in
cipit. quia lumina lucentia & illuminata. speculamina sunt diuina.
& uidetur in eis lux lucens & illuminans. quae inconprehensibilis & inaccessibi
lis in se manet. Et per hoc ut uideri possit exit in ipsa. & infundit se illis
ut apprehendant eam. & capiant & uideant in se ipsis. lucentia ex ipsa. Non
enim possunt uidere l apprehendere illa quae non lucent ex illa. quia sine luce
nec ipsa lux uideri potest. Et sunt quid ista speciosa simulacra lucis.
ad inuisibilem profusionem. ut profusibilia inuisibilia uideantur. Non enim
bonum illud & lux ipsa ita lux est. & tamen secum aliquid lux est. & uere
lux dici potest. & cum dicitur lux uerum dicitur qua lux est. & lux illius imago
est. Propter seruit imago. & monstrat creatura opificem. qm ad hoc fac
ta est ut uideatur in illa. Et quod in hac luce est in illo bono est. qm & ipsa
lux a illo bono est. & totum in illo est quia a illo totum est. Non enim cum a prin
so esse cepit. in illo esse desinit. si processit a illo & permansit in illo. Propter dona
lumina sunt illuminantia. & participantia lumina illuminata.
& ipsa illuminantia. illuminantia lumini similia. In eo quod illuminantur
fiunt gratie participes. in eo autem quod illuminant. efficiuntur potestates sor
tes. constatque his duobus omnis ierarchia [illegible] & perficitur gratia & officio &
uirtute & ministerio. quae omnia similitudinibus & figuris &